damiani. et om̄n sanctor. quor solē
nitatē hodie in conspectu tue maiestatis. ce
lebratur. dn̄e deus noster toto in orbe terrar
et om̄n sanctor tuor quor meritis precibus
qz concedas. ut in omnibz protectionis tue mu
niamur auxilio. P eundem xp̄m dn̄m nr̄m.
Hanc igitur oblationem servitutis nostre
sed et cuncte familie tue. Quesum̄ dn̄e ut pla
catus accipias. dies qz nostros in tua pace di
sponas. atqz ab eterna dāpnatione nos eripi
et in elector tuor iubeas grege numerari. P
xp̄m dn̄m nr̄m. Quam oblationē tu deus in
omnibz qs. benedictā + ascriptā +
ratam + racionabilē. acceptabilēqz face
re digneris. ut nobis. corpus + et sanguis +
fiat dilectissimi filij tui dn̄i nostri ihu xp̄i

Ms 612

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0001-6

Sammelbd

Aufn. Sel

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0002-2

45a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0003-7

PRO-RECTOR ACAD. IVLIÆ

CHRISTOPHORVS SCHRADER ELOQVENTIÆ PROFESSOR PVBL.

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

FEſtum glorioſum, auguſtum, quo aliud nullum mirabilius, nullum ſanctius, celebrandum iterum venit, Cives Academici. *DEVS IN CARNE PATEFACTVS: DEVS HOMO FACTVS EST.* Grande arcacanum mens concipit, loquitur lingua: nec concipere tamen mens poteſt quod concipit, nec lingua eloqui quod loquitur. Omnia admirationis, omnia ſtuporis plena. Abſit enim ut myſterij pondus, cum Cerintho, Ebione, Theodoro, Paulo, Ario, aliis qua veteribus qua recentibus hæreticis contra clara S. S. codicum oracula, contra perpetuam ſanctæ Eccleſiæ catholicæ doctrinam, elevemus. Verbum patris, ex patre ante omnem genitum creaturam, imo per quod omnia facta ſunt quæ ſunt facta, eſſe hominem natum & carnem factum, perſonarat dudum orbis ab Apoſtolis edoctus, confirmatus miraculis, ſanctificatus operibus, antequam paucos hæreticos iſtos natura abortiiſſet. Quid ni ergo & nos tot diſertè ab ipſis Apoſtolis conſcriptis, tot ab iis qui eos audierunt docentes proditis teſtimoniis habeamus fidem, & in homine Deum in Deo hominem colamus, adoremus, veneremur? Scilicet creator nunc creatura, qui immenſus fit exiguus, qui æternus & ſine principio momentis temporum ſubjicitur, omnium dominus egenus, omnium rex ſervus naſcitur. Hic eſt dies ille exſpectatus prophetis, deſideratus omnibus ſanctis, omnibus ignoratus tamen, etiam ipſis Angelis: qui nunc eo majore lætitiâ perfuſi primi natales adeò inſolitos celebrantes annunciant nobis gaudium magnum. Nempe noſtrum cumprimis eſt nunc gaudere ſeriò, quoniam in terrâ pax, & homines nos reconciliati Deo noſtro ſumus, quem inolitis noſtris vitiis & alienum nimis reddideramus & infenſum. Iam triumphum canebat Diabolus, pertracto in rebellionis ſuæ partes humano genere; jam nihil non porrò ſibi pollicebatur eximii, quod paſſim ipſemet jam adoraretur à nobis qui cervices ejus debebamus calcare. Nos vero miſeri exuti bonis noſtris, quaſi ſine præſidio, ſine auxilio relicti, nec modum miſeriæ noſtræ nec finem noſcebamus, ſegregum ovium inſtar luporum libidini expoſiti. Vbique luctus. pavor ubique. ubique mors. omnia deſperata. Tantis malis una hora impoſuit finem: unus infans recens natus rem omnem reſtituit. Redditus nobis paſtor qui tueatur nos à lupo. genitus homo qui hominem origini ſuæ reducat. genitus cœlis homo qui triumphantem in terris Diabolum conculcet. genitus Deus homo, qui hominem cum Deo viciſſim uniat. Noſtrum eſt, ô optimi, cunabulis animæ excipere infantem illum, & ſanctiſſimis ulnis amplecti puerum tot bonorum auctorem. Quin præparemus itaque hoſpiti illi ſaltim non prorſus indignum domicilium. Offeramus regi mundæ conſcientiæ aurum: offeramus Domino precum tura; offeramus Deo ſubmiſſi cultus myrrham. Ita ille frater, ille rex, ille Deus noſter, faciet uti nos unum ſimus cum ipſo, quemadmodum ille unum eſt cum Patre. Cui laus ſit honor & gloria in æternum. P.P. in Academiâ Iuliâ ipſis feriis Theophan. Anno cIↃ IↃC XL.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0004-3

45a

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0007-9

pta habeas et benedicas hec
dona. hec ✠ munera hec sā ✠ cta
sacrificia illibata. In primis que tibi of
ferimus pro ecclesia tua sancta catholica q
pacificare custodire. adunare. et regere dig
ris toto orbe terrarū. una cū famulo tuo pa
nr̄o N. Rege nr̄o N. antistite nostro N. et omni
orthodoxis catholice ꝛ apostolice fidei cul
toribꝫ Memento dn̄e famulorꝫ famula
rumqꝫ tuarū. N. et omniū circumstantiū quorꝫ ti
fides cognita est. et nota deuotio pro qui
tibi offerimus. et qui tibi offerūt hoc sacri
ficiū laudis pro se suisqꝫ omnibꝫ pro rede
tione animarū suarū. pro spe salutis. et
incolumitatis sue. tibi reddūt uota sua
eterno deo viuo et uero. Communica



PRO-RECTOR AC

HRISTOI
SCHRADER E
TIÆ PROFESSO

CIVIBVS ACADE

S. P. D.

Eſtum glorioſum, auguſtum, quo aliud null venit, Cives Academici. *DEVS IN CARNE PAT* anum mens concipit, loquitur lingua: nec concipere oquitur. Omnia admirationis, omnia ſtuporis ple Theodoro, Paulo, Ario, aliis qua veteribus qua re ra perpetuam ſanctæ Eccleſiæ catholicæ doctrinam creaturam, imo per quod omnia facta ſunt quæ ſun dudum orbis ab Apoſtolis edoctus, confirmatus mi natura abortiiſſet. Quid ni ergo & nos tot diſertè moniis habeamus fidem, & in homine Deum in De nmenſus fit exiguus, qui æternus & ſine principio citur. Hic eſt dies ille exſpectatus prophetis, d eo majore lætitiâ perfuſi primi natales adeò inſol eſt nunc gaudere ſeriò, quoniam in terrâ pax, & m nimis reddideramus & infenſum. Iam trium m nihil non porrò ſibi pollicebatur eximii, quod ero miſeri exuti bonis noſtris, quaſi ſine præſidio vium inſtar luporum libidini expoſiti. Vbique luc it finem: unus infans recens natus rem omnem reſ gini ſuæ reducat. genitus cœlis homo qui triump o viciſſim uniat. Noſtrum eſt, ö optimi, cunabul ti puerum tot bonorum auctorem. Quin præparemus itaque hoſpiti i

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747635-p0009-4